Universitätsbibliothek Paderborn

# Acta pacis executionis publica, Oder Nürnbergische Friedens-Executions-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, wie und welchergestalt die würckliche Vollziehung des Westphälischen Friedens, sowohl in puncto Exauctorationis Militæ und Evacuationis Locorum, als auch und vornehmlich in dem hochwichtigen puncto Restitutionis ex Capite Amnestiæ & Gravaminum, biß zum völligen Schluß des ...

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover ; Tübingen, 1737**

§.XVI. Schrifften, so zu Instruirung des Laudi, in Puncto der 4. Wald-Städte, gehörig, sub. N. I.II.III. & IV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51734

Visual Library

1650. Junius. ſtantiis geſchehen, aber nicht gedencken, quod Galli Auſtriacis ad Intereſſe teneantur. 1650. Junius.

*Concluſum Senatus Principum.* Franckreich ſolle dem Hauß Oeſterreich die 4. Wald-Städte reſtituiren, hingegen Oeſterreich Fructus & Damna nachlaſſen.

## §. XVI.

Schrifften zu Inſtruirung des Landi wegen der 4. Wald-Städte.

Diejenigen Schrifften aber, welche ſowol von Kayſerlicher als Frantzöſiſcher Seite, zu Inſtruirung des den Reichs-Ständen übertragenen Arbitramenti wegen der 4. Wald-Städte, exhibirt und per Dictaturam publicam bekannt gemacht wurden, waren folgenden Inhalts:
N. I. Und zwar ſub N. I. *Projectum Gallicum* Receſſus, cum *Monitis Cæſareanorum*;
N. II. ſub N. II. *Exceptiones Gallorum contra Notas Cæſareanorum ad Receſſum Gallorum poſitas.* Sub N. III. die von dem Legato Volmar aufgeſetzte *Rationes Cæſareanorum* die *Reſtitution* der 4. Wald-Städte betreffend; ſub N. IV. *Extractus* des Kayſerlichen *Protocolli* zu Münſter, die von Franckreich verlangte *Special-Guarantie*, wegen der Spaniſchen *Ceſſion* über Elſaß, betreffend. N. III. N. IV.

## N. I.

| *Projectum Gallici Receſſus.* | *Monita Cæſarea.* |
| --- | --- |
| Notum ſit univerſis & ſingulis, quorum intereſt, aut quomodolibet intereſſe poteſt: Cum ad faciendam plenariam Executionem Pacis Monaſterii & Oſnabrugis Weſtphalorum, Anno Domini Milleſimo Sexcenteſimo Quadrageſimo Octavo, die viceſima quarta Octobris, concluſæ, omnium in illa comprehenſorum Intereſſatorum Conventus Norimbergæ inſtitutus fuerit; Nos Legatos & Plenipotentiarios ad hoc ſpecialiter Deputatos, & ſufficientibus Mandatis inſtructos (quæ reciproce rite commutatæ ſunt, & eorum Apographa ſub finem hujus Inſtrumenti de verbo ad verbum inſerta) a parte quidem Sacræ Cæſareæ Majeſtatis | |
| a parte vero Regis Chriſtianiſſimi | |
| præſentibus, ſuffragantibus, & conſentientibus Sacri Romani Imperii Electoribus, Principibus, ac Statibus, de toto hoc faciendæ Executionis negotio conveniſſe, ac transegiſſe, modo & forma ſequenti. | |
| a. Primo omnium Imperator ſuos Exercitus, & Copias omnes, partim exauctorabit, partim in propriis Statibus retinebit, eo numero, tempore, & modo, de quibus ſpecialiter conventum eſt inter Generales Exercitu- | a. Quæ cum Dominis Suecis hoc nomine transacta ſunt, diverſam omnino habent rationem, & huc referri nec poſſunt, nec debent. Nec etiam Imperator ex Inſtrumento Pacis ad aliud tenetur, quam ut Exercitum |

1650. Junius.

citum Duces Imperatoris, & Reginæ Sueciæ, Rex vero Chriſtianiſſimus copias ſuas eodem ordine deducet in proprios Status.

Reſtituentur Loca, Civitates, Urbes, Oppida, Arces, Caſtella, Fortalitia, belli tempore utrinque occupata & retenta, vel per Armiſtitii unius vel alterius Partis, vel quemcunque alium conceſſa, prioribus & legitimis ſuis Poſſeſſoribus & Dominis, ſecundum formam Inſtrumenti Pacis, tribus terminis, ſingulis quindenis a ſe invicem diſtinctis, quorum primus currere incipiet a Dato hujus Receſſus, eritque dies

*In primo termino reſtituentur, & impoſitis Præſidiis liberabuntur.*

| A parte quidem Sacræ Cæſareæ Majeſtatis. | A parte Sacræ Chriſtianiſſimæ Majeſtatis. |
|---|---|
| Ehrnbreitſtein. | Moguntia. |
| Franckenthal. | Deidesheim. |
| Rotwila. | Magdeburg. |
| Offenburg. | Germersheim. |
| Friburgum Briſgoviæ. | Hailbronna. |
| | Schorendorf. |
| Villinga. | Hohentwiel. |
| Zolleren. | Montpelgard. |
| Rotenberg in Palatinatu Superiori. | Horburg. |
| | Neoburgum ad Rhenum. |
| Höxter. | |
| b. Campidunum Barckſtein. | In primo etiam termino ejus oppidi munitiones ſolo æquabuntur. |
| | Caſtrum Lichteneck. |

c. Omne Utile Dominium in quatuor Civitatibus Sylveſtribus, Waldshut, Lauffenberga, Seckinga, & Rheinfelda, quas juxta Guarantiam Specialem, cum Statibus Imperii Monaſterii initam, Rex Chriſtianiſſimus usque ad exhibitionem Ceſſionis Hiſpanicæ, Præſidiis retinebit.

Si Franckenthalia dicto tempore non reddatur, aliorum Reſtitutio nullatenus impedietur; Imperator tamen faciet pro ejus Reſtitutione id, ad quod obligatus eſt vigore Inſtrumenti Pacis, & Hailbronna interim ſer-

citum ſuum, quem in Imperio habebat, dimittat, & exauctoret, eumque numerum in ſuos proprios Status deducat, quem pro ſua Securitate judicaverit neceſſarium; quod judicium ab alieno arbitrio dependere non poteſt. Reponantur igitur verba in Cæſareanorum Projecto poſita: (primo omnium præſidiis hinc inde deductis, & vel exauctoratis, vel juxta diſpoſitionem Pacis in proprios Status abductis.)

b. Non entis nullæ ſunt qualitates, cum nulla hic ſint Cæſaris Præſidia, nulla poſſunt deduci.

c. Cæſareani, omiſſa Reſtitutione Civitatum Sylveſtrium, nullam cum Regis Chriſtianiſſimi Plenipotentiariis Conventionem inire poſſunt. 1) Quia nec Cæſaris, nec Archiducis nomine, Specialis illa Guarantia approbata unquam fuit, ſed per Legationem Cæſaream 25. Januarii 1649. coram Domino a *Servient* ſingulari Proteſtatione reſervata. 2) Quia eadem Proteſtatio & Contradictio prius ipſis Statibus binis vicibus, die nimirum 21. Oct. 1648. & 19. Januarii 1649. oppoſita; petitumque, ne quid in Præju-

1650. Junius.

1650. Junius. ſervanda tradetur, ſicut viſum eſt Imperatori, & Ordinibus Imperii, Domino *Carolo Ludovico*, Comiti Palatino Rheni, Sacri Romani Imperii Electori.

In primo etiam termino æquabuntur ſolo oppidi Benfeldæ munitiones, nec non adjacentis fortalitii Rheinau.

*Secundi Termini dies erit - - - -*
*reſtituenturque*

| A parte Imperatoris. | A parte Regis Chriſtianiſſimi. |
|---|---|
| Dortmund. | Spira. |
| Landſtuel. Homburg. Hammerſtein. | Wormatia. |
| Si tria iſta loca in ſecundo termino non reddantur, aliorum quid.)dem Reſtitutio nullatenus impedietur: Imperator tamen faciet pro eorum reſtitutione id, ad quod eſt obligatus vigore Inſtrumenti Pacis. | Lauinga. |
| | Lüſſenich. Crucenacum. Alzey. Schomburg. Bacharacum. – Si quinque iſta loca non reddantur, (eorum Capitaneis & Præſidiis obedire Regis Mandato recuſantibus,) aliorum quidem e.)locorum reſtitutio nullatenus impedietur nec ideo minus facta ſincera Executio Pacis a parte Regis Chriſtianiſſimi videbitur. |
| | Dachſtein. |
| | Tabernæ Alſatiæ. Caſtrum Hohenbar. – In ſecundo etiam termino horum duorum locorum munitiones ſolo æquabuntur. |

*Tertii Termini dies erit - - - -*
*reſtituenturque*

| A parte Imperatoris. | A parte Regis Chriſtianiſſimi. |
|---|---|
| Syburg. | Stolhoven. |
| Beineburg. | Caſtrum Graben. |
| Landscron. | Hagenau. |
| | Landau. |
| | Feudum Buzweiler, ad Domini Comi- |

judicium Domini Archiducis admitterent, quod & polliciti ſunt. 3) Quia hæc Pactio contraria eſt Inſtrumento Pacis, quantum ad illam retentionem pertinet, nec fuit in poteſtate Statuum, Domino Archiduci tollere id, quod ipſo ex eodem competebat. 4) Quia ex parte Regis Chriſtianiſſimi nihil eorum præſtitum eſt, ad quæ juxta dictam ſpecialem Guarantiam, ſtatim, facta Ratihabitionum commutatione, tenebatur; Imo in contrarium, per Militem Regium, e ditionibus Auſtriacis aliquot centena millia Florenorum extorta ſunt, omneque Dominium Utile retentum. 5) Quia ob præſentem Galliæ Statum probabile non eſt, Præſidia illa propriis, ut Guarantia dictat, ſumtibus ſuſtentari poſſe. Sed imo continuatio præcedentium extorſionum & retentionum timenda, nec ſimplici promiſſioni Plenipotentiariorum Regiorum fidere poteſt Dominus Archidux. 6) Indeque cauſam multo juſtiorem haberet, quam Elector Palatinus, petendi Aſſecurationem realem, qua de recompenſatione damnorum certus ſecurusque eſſe poſſit.

d. Ponatur: Imperator tamen Ducem Lotharingiæ pro eorundem reſtitutione literis interpellabit.

e. Cum a parte Regis Chriſtianiſſimi cauſa fuerit data huic impedimento, clauſula hæc admitti nequit, ſed tenetur Sua Majeſtas damnum, quod inde Statibus Imperii infertur, reſarcire.

1650. Junius.

1650. Junius.

mitis de Trautmansdorf, Præfecti ſupremi Prætorio Cæſareæ Majeſtatis, hæredes ſpectans.

Pro reſtitutione Domini Franciſci Lotharingiæ Ducis in poſſeſſionem Epiſcopatus Virodunenſis, ſuarum Abbatiarum, nec non bonorum ſuorum Patrimonialium, obſervabitur Diſpoſitio Inſtrumenti Pacis in §o: Reſtituatur in Poſſeſſionem &c.

Porro, ſi quæ loca reſtitutioni obnoxia in hac Deſignatione nominatim expreſſa non ſunt, ea nihilominus, ubicunque ſita ſunt, intra hos tres Terminos reſtituentur.

f. Quæcunque a ſubſcripta Pace usque ad hodiernum diem dicta, ſcripta, facta, aut omiſſa ſunt, quæ pro Contraventione accipi poſſent, ea non quidem approbantur, neque ſub hoc exemplo ſimilia Attentata, vel præteritorum continuationes in poſterum excuſabuntur: attamen pro bono Pacis præterita omnia ſub Generali Amneſtia comprehendi placuit.

Hunc Tractatum promittunt Cæſarei & Regii, Ordinumque Imperii Legati & Plenipotentiarii, reſpective ab Imperatore, & Chriſtianiſſimo Rege, Sacrique Imperii Romani Electoribus, Principibus & Statibus, in bona forma ratihabitum iri, ſeſeque infallibiliter præſtituros, g.) ut ſolemnia Ratihabitionum Inſtrumenta intra ſpatium octo ſeptimanarum, a die Subſcriptionis computandarum, Norimbergæ præſententur, & reciproce riteque commutentur.

In quorum omnium & ſingulorum fidem, majusque robur, tam Cæſarei, quam Regii Legati, nomine vero omnium Electorum, Principum, ac Statuum Imperii ad hunc Actum ſpecialiter ab ipſo (vigore Concluſi die Anni infra mentionati, & ipſa die Subſcriptionis ſub Sigillo Cancellariæ Moguntinæ Legatis Galliæ extraditi) deputati, manibus ſigillisque propriis, præſens Inſtrumentum muniverunt, ac firmarunt. Acta ſunt

f. Cæſareani quidem in Extenſionem Amneſtiæ, eo modo, quo cum Suecis conventum eſt, conſentiunt, hac tamen conditione, ſi quatuor Civitates Sylveſtres, ut ſupra dictum, reſtituantur; Sin minus, eandem prorſus negant, Dominoque Archiduci jus omne repetendi damna a Præſidiis ac Copiis Regiis, poſt concluſam & ratificatam Pacem, quomodocunque illata, fructusque perceptos & percipiendos reſervant

g. Cum nihil hic contineatur, quod ultra Terminos Executioni præſcriptos duret, ſed omnia intra ſex ſeptimanas finita eſſe debeant, nulla opus eſt Ratihabitione, ſed peractorum firmitudo ſola Plenipotentiarum virtute nititur, earumque mutua commutatione perficitur, ad quam ſe Cæſareani offerunt, nec ad ulteriores Ratihabitiones procurandas ſe obligare poſſunt.

hæc

1650. Junius.

1650. Junius. hæc Norimbergæ die - - - Menſis Junii, Anno Milleſimo Sexenteſimo Quinquageſimo. 1650. Junius.

## N. II.

*Dict. Norimb. 18. Junii 1650. per Mogunt.*

*Exceptiones Gallorum contra Notas Cæſareanorum ad Receſſum Gallorum poſitas.*

Retentio quatuor Civitatum Sylveſtrium, usque ad exhibitionem Ceſſionis Hiſpanicæ, fundatur in Conventione ſpecialis Guarantiæ, quæ Pacificationi conformis eſt, facta ab iisdem Deputatis, eademque auctoritate, qua publico Pacis Inſtrumento ſubſcripſerunt, inter quos erat Legatus Domus Auſtriacæ.

Tria ejus Conventionis Exemplaria pariter obligatoria confecta ſunt, quorum unum Dominis Cæſareanis traditum eſt. Si pro defectu reſtitutionis Franckenthaliæ, quæ fieri Nobis non debebat, tam Imperatori, quam Ordinibus Imperii viſum eſt, deberi pignus Regi Chriſtianiſſimo, & oblatum fuit pignus, quod non pertinebat ad eum, qui illud debebat; multo magis debetur pignus pro defectu Ceſſionis Hiſpanicæ, quæ Regi exhiberi debet, & pignus, quod pertinet ad illum, qui debet, quodque in ſola retentione conſiſtit.

Si ſpecialis illa Guarantia, tam ſolenniter facta, nulla eſſet, quia Imperator non firmavit, aut Dominus Archidux Oenipontanus non conſenſit, quid ſperandum eſſet de illa, quæ nuper oblata eſt, & ſub hujus fide pignori promiſſo renunciavimus.

Objicitur: nihil eorum præſtitum eſſe ex parte Regis Chriſtianiſſimi, ad quæ juxta dictam ſpecialem Guarantiam ſtatim facta Ratihabitionum commutatione tenebatur: Imo in contrarium per militem Regium e Ditionibus Auſtriacis aliquot centena millia Florenorum extorta eſſe, omneque Dominium Utile retentum.

Reſpondetur 1) in hoc Puncto ſpecialis Guarantia nihil addit Transactioni Pacis, ex qua Utile illud Dominium peti potuit, ſtatim poſt Commutationem Ratihabitionum: Si autem jus acquiſitum per Tractatum Pacis, multa enim nondum ſunt præſtita & fere nulla, eo tempore, quo fieri debuerunt.

2) Ut Galli eſſent in culpa, ex qua privarentur jure ſuo, debuerunt conſtitui in mora per ſolennem petitionem hic factam reſtitutionis illius Dominii, quod non probatur factum eſſe.

3) Domini Legati Cæſareani Projectum dederunt Nobis ante aliquot menſes, cujus verba hic ſubjunguntur: poſtea non videntur poſſe objicere, nullitatem Guarantiæ ex defectu Conſenſus Imperatoris, aut ex Contraventione Gallorum, quæ ſi aliqua eſſet, uno anno integro & continuo Projectum præceſſit, duratque ad huc cum datum eſt, ſiquidem ponit reſtitutionem Utilis illius Dominii in primo Termino. Opponitur a Dominis Legatis Cæſareanis 1) quod illud Projectum non ſit Conventio, ideoque non ſit obligatorium: Hæc oppoſitio reſponſo non indiget apud æquos Judices, cum etiam nuda verba obligationem pariant. 2) Quod illud Projectum non dicat, retentionem illarum Civitatum fieri debere, ſed tantum Nos illam prætendere, quæ verba conſenſum non inducunt. Reſpondetur: probari conſenſum retentionis ex eo, quod, petita Dominii reſtitutione & omnium locorum reſtituendorum, nulla petitur reſtitutio harum 4. Civitatum, quod per oblivionem non accidit, ut poſſint intelligi ſub Clauſula generali appoſita ad calcem tertii Termini, nam expreſſæ ſunt nominatim in

1650. Junius. in primo Termino, & additum, Utile quidem Dominium repeti, ſed Civitatum retentionem de Gallis prætendi.

## N. III.

*Dict. Norimb. 18. Jun. 1650. per Mogunt.*

*Rationes Cæſareanorum, Reſtitutionem Quatuor Civitatum Sylveſtrium concernentes.*

Rationes & fundamentum, quibus de jure & juſtitia Rex Chriſtianiſſimus Domino Archiduci, *Ferdinando Carolo*, ſtatim poſt concluſam & ratificatam pacem, 4. Civitates Sylveſtres ad Rhenum reddere tenebatur, ac etiamnum tenetur, non obſtante ſpeciali Guarantia, a Statibus Imperii Monaſterii Weſtphalorum cum Legato Gallico Comite a *Servient*, 24. Jan. Anno Domini 1649. pacta.

*Primo* obligatus eſt Rex promiſſione in Inſtrumento Pacis facta, §. *Rex Chriſtianiſſimus reſtituet* &c. ubi quatuor illæ Civitates Sylveſtres inter cœtera reſtituenda expreſſe nominantur. Itemque in §. *loca ipſa*; ubi reſtitutio locorum occupatorum abſque omni mora expedienda ſancitur, §. *atque hæc* &c. ut fiat reciproce bona fide &c. Cum igitur Imperator & Domus Auſtriaca a ſua parte quibuscunque Statibus bona fide omnia de Facto reſtituerit, quæcunque belli occaſione occupata fuerint, æquum rationique conſentaneum eſt, ut ſimiliter Domui Auſtriacæ ea omnia reſtituantur, quæ ad ipſam vigore Pacis concluſæ pertinent.

*Secundo.* Nullum jus habet Rex Chriſtianiſſimus retinendi quicquam, ex Inſtrumento Pacis Domino Archiduci competens, tum ob promisſionem prædictam pure & ſine conditione prolatam, tum ob Documenta Ceſſionis ab Imperatore & Statibus Imperii, tum ab ipſomet Archi-Duce ejusque Domino Fratre, in manus Legati Gallici extradita. Quibus Rex Chriſtianiſſimus in plena & ſecura poſſeſſione Alſatiæ conſtituitur.

*Tertio:* Etiamſi adjectum, ut Rex quoque Catholicus Suo Diplomate Ceſſionis hanc translationem confirmaret; tamen nullibi conditio adjecta, quod, ſtante in ſuſpenſo iſthac Ceſſione, propterea Rex Chriſtianiſſimus loca reſtituenda vel etiam pecuniam promiſſam retinere poſſit vel debeat.

Nec inde periculum Galliæ, cum Regi Catholico, ſuperſtite Domo Auſtriaca in Germania, nullum jus in Alſatiam competat, &, ſi quid de Facto prætenderet, Domus Auſtriaca, acceptis a Rege Chriſtianiſſimo iis, quæ juxta Inſtrumentum Pacis debet, non minus, quam cœteri Imperii Status omnes & ſinguli, Guarantiam præſtare teneretur.

*Quarto:* Si exhibitio Ceſſionis Hiſpanicæ cum conditione, ſine qua non, conventa fuiſſet, debuiſſet hoc omnino in Inſtrumenti aliqua parte exprimi. Cum nemo ſuum jus jactare, aut tacito ſenſu ſe ad rem ab alieno arbitrio dependentem præciſe obligare ſe velle præſumendus ſit; Et Legati Gallici toto illo Satisfactionis contextu diligenter invigilarunt, ut, ubicunque verborum univerſalitas Præjudicium aliquod Regi Chriſtianisſimo inferre potuiſſet, inſertione alicujus particulæ interpretativæ aut reſtrictivæ ſibi caverent, prout factum eſt. §. *Reſtituatur in Poſſeſſionem Epiſcopatus Virodunenſis*, ibi: (*ſalvo Regis cujusque Privati jure*) ibi: *quatenus prædictæ Ceſſioni non repugnant.*)

§. *Rex tamen præter Protectionem*, ibi: (*excepto tamen Protectionis Jure.*)

§. *Imperator Imperium*) ibi: (*quatenus prædicta Ceſſio ad ipſos pertinet.*)

§. *Teneatur Rex Chriſtianiſſimus* ibi: (*ita tamen ut præſenti hac Declaratione nihil detractum intelligatur, de eo ſupremi Dominii Jure, quod ſupra conceſſum eſt.*)

At

1650. Junius. At vero nihil ejusmodi, in §. *loca ipſa*, circa reſtitutionem cautum exceptumve reperitur; Sed abſque mora reſtitutio fieri jubetur, iis tantum locis, quæ ad ſatisfactionem Regis Chriſtianiſſimi pertinent, exceptis. 1650. Junius.

Ergo, cum de retentione aliquorum locorum reſtitutioni ſuppoſitorum nihil diſponatur, utique omnium reſtitutionem abſque mora expediendam eſſe, judicandum eſt.

*Quinto*: In Projecto Gallorum de Satisfactione, 13. Septembris anno 1646. per Mediatores Cæſareanis exhibito, conditio procurandi Ceſſionem Hiſpanicam dicta non fuit; ſed integro demum poſt anno adjecta. Quam Cæſareani non aliter, quam ſub alia conditione, nimirum, ut Pax quoque ſimul cum Rege Catholico fieret, admiſerunt, hoc ſi factum, proteſtatio Ceſſionis Hiſpanicæ nullam habuiſſet difficultatem. Sed quia poſtea Dominus Comes *Servient* aliter cum Statibus invitis & reclamantibus Cæſareanis tranſegit, Regemque Catholicum excluſit, Cæſari & Statibus præſtationem auxiliorum interdixerit, factum eſt, ut conditio præſtandæ Ceſſionis moraliter impoſſibilis redderetur. Quod cum nulla Archiducis culpa acciderit, viamque præſtandi conditionem Legatus Gallicus facto illo præcluſerit, vel tacite renunciaſſe conditioni præpoſitæ, vel, quo minus præſtari poſſet, dolo egiſſe, præſumendus eſt. Noti a. Juris eſt, dolum nemini patrocinari debere.

*Sexto* æquitas non patitur, ut innocens factum tertii luat. Archi-Ducem *Ferdinandum* autem hac in re innocentiſſimum eſſe, nemo eſt, qui neſciat.

Dominus Parens ejus nec cum Rege Galliarum nec cum ullo Statuum Imperii bellum geſſit, adeo inter ſtudia Partium medius, ut ab ipſismet Auguſtanæ Confeſſionis Principibus inter Compoſitores Controverſiarum publicarum ultro delectus fuerit. Eisdem veſtigiis inhæſit & Domina Vidua illius, ſolumque defendendis propriis intenta fuit. Mulctati nihilominus eorundem Filii tanta Patrimonii aviti parte, nec etiam id, quod Conſtitutione Pacis ad ipſos redire debet, conſequi poſſunt, aliena tantum culpa, nullo ſuo peccato impediti.

*Ad contraria facilis eſt reſponſio.*

Nam ad Guarantiam ſpecialem quod attinet: certum eſt, nec Imperatorem, nec Archi-Ducem, nec eorundem Legatos illam ſuo Calculo, Subſcriptione & Sigillo unquam approbaſſe, ſed tum ipſos Status, tum Legatum Gallicum de iniquitate rei diligenter monuiſſe, ſuumque diſſenſum conteſtatos fuiſſe, idque factum, 21. Octobris Anno 1648. die 19. & 24. Jan. 1649. prout Extractus Cæſareanorum Protocolli hic adjunctus clare oſtendit, adeo, ut Status binis vicibus polliciti fuerint, ſe in expedienda Formula Guarantiæ operam daturos, ut ne quod Præjudicium Domino Archi-Duci inferretur.

2) Cum autem in poteſtate Ordinum non fuerit, contra Diſpoſitionem Inſtrumenti Pacis Jus Domino Archi-Duci quæſitum tollere aut differre, facile patet, nullam inde obligationem naſci poſſe, nec etiam ipſosmet Status ad defendendam hujusmodi Detentionem teneri; Nam in §. Contra hanc Transactionem &c. nonſolum præteriti, ſed etiam futuri temporis transactiones & Pacta, Inſtrumento Pacis quoque modo contraria, pro invalidis declarantur.

3) Poſito, non conceſſo, fuiſſe Dominum Archi-Ducem obligatum, quocunque tandem conſenſu implicito vel explicito, tamen nulla ratione juſta cogi poteſt, ut huic conditioni porro quoque pareat, cum manifeſtum ſit, Regem Chriſtianiſſimum nihil illorum, ad quæ vigore dictæ ſpecialis Guarantiæ teneretur, præſtitiſſe, ſed imo e contra Dominium Utile omne hactenus ſibi retinuiſſe, Præſidiumque tributis ſubditorum Auſtriacorum

1650. Junius. ſuſtentaſſe, eisque ultra centies quinties mille Florenos extorſiſſe. Necattendi poteſt, quod ex adverſo objicitur, nullam fuiſſe factam ſolennem petitionem, nam hic dies interpellat pro homine, cum in Guarantia dicatur, ſtatim poſt factam commutationem reſtitutionem illam fieri debere, deinde anno ſuperiore Dominus Archi-Dux miſit ea cauſa duos Officiales ad Gubernatorem Briſacenſem, eaque poſtulavit, quæ Guarantia dictabat; ſed repulſam paſſus eſt; adeo, ut ne quidem Documenta literaria obtinere potuerit. 1650. Junius.

4) Accedit, quod, pro turbato Regni Galliæ ſtatu, nulla ſecuritas appareret, etiamſi denuo polliceantur præſtationem eorum, quæ in Guarantia continentur, pomiſſiis ſtatum iri, ſed continuatio concuſſionum, exactionum, extorſionum, omnisque generis violentiæ ob defectum ſtipendiorum, ante oculos poſita eſt; Id quod ipſimet Legati Gallici coram Cæſareanis faſſi ſunt. Qua igitur Juſtitia flagitare poſſunt, ut Archidux diutius ipſorum Præſidia ferat aut toleret.

5) Negatur, quod ex adverſo allegatur, ſpecialem Guarantiam nihil addere Transactioni Pacis. Nam in iſta de retentione Civitatum Sylveſtrium nihil omnino continetur. Sed noviter in illa demum adjecta fuit, & illatio inde fabricata non deſtruit argumentum Cæſareanum, ſed firmat, nam inde ſequitur, cum Galli fateantur, nihil aut fere nihil præſtitum eſſe, ejusmodi Pactionibus minime fidendum.

6) Argumentum a Franckenthalia, ad Ceſſionem Hiſpanicam deductum, nullius eſt valoris. Nam ex Inſtrumento Pacis, nec pro Franckenthalia, nec pro Ceſſione Hiſpanica, Pignus ullum debetur, cum utraque ab alieno arbitrio dependeant, quo caſu promittens nequidem ad id, quod intereſt, tenetur. Modo facere non omiſerit, quod ex ſua parte ad id factum obtinendum facere poterat. Covar. in C. quamvis de Pactis, p. 2. §. 5. quem ad hoc laudat Hugo Grotius de Jure Pacis & Belli lib. 2. C. 10. n. fin.

7) Projectum Cæſareanum 26. Septembris 1649. oblatum, nullam apud æquos Judices obligationem inferre poteſt, cum a parte adverſa non fuerit acceptatum; Sed absque reſponſione usque ad menſem Junium præſentis anni relictum. Docet autem Grotius dicto loco, ut promiſſio Jus transferat, acceptationem non minus, quam in Dominii translatione requiri, itaque ante acceptationem, quippe Jure nondum translato, revocari promiſſum poſſe, ſine injuſtitia, imo ſine inconſtantia.

Quod & ipſi Legati Gallici in Tractatu Monaſterienſi ſæpe & ſingulariter in hoc præſenti caſu fecerunt. Cum, ut dictum eſt, 13. Septembris 1646. ſola Imperatoris & Archi-Ducum Ceſſione ſe contentos profitebantur, anno vero ſequente novam de Ceſſione Hiſpanica conditionem adjecerunt. Quæ omnia, cum ita ſint, nemo æquus judex longiorem retentionem dictarum Civitatum ſalvo Jure, ſalvo Pacis Inſtrumento, ſalva conſcientia probare poterit.

Præſertim, cum & ipſi Domini Legati Gallici argumentis victi libere fateantur, inutilem Regi Suo hancce detentionem fore, & reſtitutioni parituros, ſi Status ita arbitrati fuerint.

## N. IV.

*Dict. Norimb. 18. Jun. 1650.*
*per Mogunt.*

*Extractus* des Kayſerlichen *Protocolli* zu Münſter, die von Franckreich verlangte *Special-Guarantie* wegen der Spaniſchen *Ceſſion* über Elſaß betreffend.

*Protocollum* vom 21. *Octobris Anno 1648.*

Nachdeme Uns angezeiget worden, daß am vorgehenden Dienſtag die Stände mit den Schweden und Frantzoſen alle noch mit denſelben beſtrittene Puncten verglichen,

und

1650. Junius. und dann der Tag ad ſubſcribendum beſtimmt wäre auf den Donnerſtag, den 22. dieß, haben Wir Nachmittage alle Stände vor Uns insgeſamt erfordert, und Ihnen weitläufftig vorgehalten, was geſtalten Wir Uns wider Ihre dem *Servient* in Schrifften zugeſtellte Promiſſion zu beſchwehren hätten, auch begehret, der Sachen einige abhelfliche Maaß zuſchaffen, damit mein Gnädigſter Herr in eventum ſchadloß verbleiben möge, mit ausdrücklicher Erklärung, daß Wir zwar die Subſcription des Inſtrumenti derentwegen zuhindern nicht gedächten; ſondern, weil Wir hierzu befehlicht, ſelbige erſtatten, die Ceſſions Formulas aber nicht unterſchreiben wolten. 1650. Junius.

Poſt longam Deliberationem reſponderunt: Uns wäre bewuſt, was geſtalt der Comte *Servient* auf Auslieferung der Original-Ceſſionum, vermöge des in Puncto Satisfactionis mit Ihm getroffenen Vergleichs, gedrungen, und endlich darvon ſich nicht wollen abwendig machen laſſen, man verſpreche Ihm dann eine Special-Guarantiam, welches aber die Stände noch der Zeit aus vielen, und ſonderlich von mir Volmarn Ihnen vorgehaltenen Conſiderationibus unthunlich befunden, hätten ſich aber über allen angewandten Fleiß anderſt nicht auswicklen können, als daß Sie gedachten *Servient* derentwegen eine Promiſſionem de futuro ertheilten, dabey aber Ihre Meinung nicht geweſen, dem Hochlöblichen Hauſſe Oeſterreich einiges Præjudicium zuzufügen, noch die Guarantie alſo zu willigen, daß mein gnädigſter Herr dardurch vernachtheilt werden ſolte, ſondern man würde alsdann erſt, wann die Ratificationes zu extradiren, davon zureden haben, was geſtalt die Special-Guarantie zufaſſen, auch darbey Chur-Fürſten und Stände ſich angelegen ſeyn laſſen, Ihrer Fürſtlichen Durchlaucht Intereſſe zugleich in acht zunehmen.

Vom 19. Jan. 1649. Betreffend aber Ihr Begehren wegen der Stadt Lindau Reichs-Pfandſchafft, da möchten Sie verſichert ſeyn, daß Ihre Fürſtliche Durchlaucht dem Inſtrumento Punctatim geleben, und Niemand nicht verhalten werden, allein wolte die Billigkeit erfordern, daß man auch Derſelben zu dem Ihrigen verhelffe, als welche je unſchuldiger Weiſe in dieſen Laſt gezogen werde, und nemlich wüſten die Abgeſandte ſich zuerinnern, was maßen Sie und übrige Stände den 21 Octobr. nächſthin, als Wir Uns wegen der Special-Guarantie, ſo in Caſum deficientis Ceſſionis Hiſpanicæ mit einer unbilligen Clauſul dem Frantzöſiſchen Plenipotentiario zugeben verſprochen worden, Uns die Vertröſtung gethan, wann es zu Ausfertigung dieſer Special-Guarantiæ kommen ſolle, Ihrer Durchlaucht Intereſſe dergeſtalt zubeobachten, daß Derſelben kein Præjuditz daraus erfolgen ſolle.

Nun wäre es an deme, daß Wir bißhero die Spaniſche Ceſſion nicht erhalten können, ſondern faſt beſorgen müſten, daß die Spanier ehender ſolche Ceſſion nicht herausgeben würden, biß mit Ihnen von der Cron Franckreich Friede würde gemachet ſeyn; Wann es nun hierauf zu der Special-Guarantie kommen würde; ſo erſuchten Wir die Stände, Sie wolten angezogener Ihrer gegebenen Vertröſtung eingedenck ſeyn, und ſolche præjudicirliche Clauſul auslaſſen, auf daß Ihre Fürſtliche Durchlaucht gegen dieſer Special-Guarantie, welche dann in locum Ceſſionis Hiſpanicæ treten thäte, auch des Effectus Pacis genieſſen könnte, und nemlich Derſelben die vier Wald-Städte ohne längern Aufhalt reſtituirt, auch die verſprochene Gelder in Termino præfixo bezahlet werden, dann ja die Frantzoſen ſich diß Orts nichts zu beſchwehren, weiln Spanien keine Anſprach an das Elſas hätte, ſo lange das Teutſche Hauß Oeſterreich in eſſe bleibt.

Illi, habita Deliberatione, wegen des Schreibens an die Creyßausſchreibende Fürſten habe es gar nicht die Meinung, Ihro Kayſerlichen Majeſtät hierunter im geringſten vorzugreiffen, ſondern allein einige Notification zuthun, damit diejenige, ſo in actu Executionis begriffen, ſich wüſten darnach zurichten, inmaſſen man Sie auch auf nachfolgende Kayſerliche Befehle weiſen würde.

Reliquas correcturas omnes admiſerunt, ut in conceptu ad marginem annotatum. Wegen Ihrer Fürſtlichen Durchlaucht haben Sie gemeldet, es treffe dieſes nicht Sie allein, ſondern geſamte Stände an, wären Ihres Theils nochmaln erbietig,

1650. Junius.

erbietig, die Sachen alſo einzurichten, daß Ihrer Durchlaucht kein Præjudicium daraus folgen ſolte.

Vom 24. Januarii 1649. Sontags Nachmittag hora 4. haben Wir Uns allhier zum *Servient* verfügt, und Ihme umſtändlich vorgehalten: Nachdem Wir von den Ständen vernommen, was maſſen Er von denſelben wegen ermanglender Spaniſchen Ceſſion eine Special-Guarantie begehren thut, und deren auch eine Clauſulam Retentionis über die Wald-Städte, ſamt dem verſprochenen Geld, eingerücket haben wollen, ſo wäre Uns dieſes Begehren nicht unbillig frembd vorkommen, dieweil Ihm wohl bewuſt wäre, daß Anfangs die Conditio extradendæ Ceſſionis Hiſpanicæ in der den 13. Septembr. Anno 1646. mit denen Frantzöſiſchen Plenipotentiariis abgeredeten Satisfaction gar nicht gedacht, ſondern erſt ein gantzes Jahr hernach von Ihnen an Uns geſucht, auch dergeſtalt admittiret worden, weil Wir Uns jederzeit erkläret hätten, daß Wir ohne Spanien nicht Friede machen könnten, conſequenter pro indubitato præſupponirt, daß auf ſolchen Fall Ihre Königliche Majeſtät in Hiſpanien ſolche Ceſſion zu ertheilen gantz kein Bedencken haben würde, allermaſſen Sie bereits inter Conditiones Pacis cum Gallia ineundæ ſolches einkommen laſſen, dieweil aber hernach durch ſeine *Servients* mit den Ständen geführte Handlung Spanien von dem Teutſchen Frieden ausgeſchloſſen, und Seiner Majeſtät alle Hülffe durante præſenti cum Gallia bello abgeſchlagen worden, ſo wäre dahero erfolget, daß dieſe Conditio gleichſam impoſſibilis gemachet worden, und könnten Wir nicht ohne Grund argumentiren, daß, weil Franckreich wohl gewuſt, auf ſolchen Fall Spanien ſich nimmermehr ad Ceſſionem præſcriptam nicht vermögen laſſen würde, Sie auch derſelben hierdurch tacite renunciirt zu haben gedacht werden könnten, qui enim præcludit viam, quo minus conditio præſtari poſſit, vel tacite conditioni renunciaſſe, vel dolo egiſſe, ut ne præſtari poſſit, præſumendus eſt, deſſen aber ohngehindert, cum hæc res ſit facti in alienum arbitrium collati, ſo hätten Ihro Kayſerliche Majeſtät dasjenige gethan, was Sie de jure zuthun ſchuldig, nemlich adhibuiſſe diligentiam omnem poſſibilem, hätten Ihrem Ambaſſadeur in Hiſpanien per eigenen Courrier, alle bewegliche Remonſtrationes dem König vorzuhalten, aufgetragen. Uns wäre zwar noch unbewuſt, was der König Ihrer Kayſerlichen Majeſtät vor Antwort ertheilet, aber vom Kayſerlichen Ambaſſadeur Herrn Marcheſe di *Caretto* hätte ich Volmar Schreiben empfangen, aus Madrit den 13. Decembris, darinn Er berichte, daß man am Spaniſchen Hofe noch der Zeit der Meinung verbleibe, daß dieſer Ceſſion halber erſt bey Beſchlieſſung des Friedens zwiſchen beyden Cronen Spanien und Franckreich eine Richtigkeit getroffen werde, dennoch ſo ſeye die nicht abgeſchlagen, ſondern nur differirt, und conſequenter hätte Franckreich keine Urſache ſich einiger Retention anzumaſſen, ſonderlich, weil Spanien ohne das noch kein Jus in re, ſondern allein ad rem, & quidem ſatis longinquum hätte, am andern, weil es der Cron Franckreich um die Sicherheit zuthun, und dazu auch Ihre Majeſtät ſamt Dero Hochlöblichen Hauße verbunden.

Drittens wäre die Obligatio Specialis, welche Ihre Kayſerliche Majeſtät, ſo weit es die Handhabung der Cron Franckreich in Beſitzung deſſen, was Ihnen vigore Inſtrumenti gebühret, antreffen thäte, nicht improbirten. Was aber die Clauſulam Retentionis anlangte, darzu könnten ſich Ihre Majeſtät und Dero Hauß nicht verbunden achten, weiln es Deroſelben unwiſſend und hinterrücks geſchehen.

Endlich wäre der Cron Franckreich auch viel nützlicher, daß Sie nach laut des Inſtrumenti dem Hauß Oeſterreich ſein Angebühr reſtituiren thäte, dann hierdurch würde Franckreich viel beſſer in Seiner Poſſeſſion ſtabilirt, als durch die Retention. In Betrachtung, wann Spanien ſich einer Impreſſa auf das Elſas anmaſſen wolte, daß auf ſolchen Fall Oeſterreich jederzeit ſich interponiren, und vielmehr die Gefahr abhalten würde, als alle Special-Guarantie thun könte; Widrigenfalls, wann man meinem gnädigſten Herrn alſo dasjenige, etiam ex Pacto convento debi-

1650. Junius. debitum vorbehalten thäte, ſo wäre es gleichſam vom Frieden ausgeſchloſſen, und würde ſich des Glücks anderwerts gebrauchen und anhängen müſſen. 1650. Junius.

Dieſer Unſerer Remonſtration aber ohngeachtet bliebe Servient auf Seiner Meynung, und entſchuldigte ſich, daß Er extra fines Mandati nicht ſchreiten könnte. Es geſchehe dieſe Retentio einig und allein die Spanier deſtomehr zu ſtringiren, und daß ſie die Ceſſion nicht aufhalten können, wohlwiſſend, Sie die Herrn Ertz-Hertzogen zu Innſpruck dieß Orts nicht würden ſtecken laſſen.

## §. XVII.

Relation an die Stände, von der Frantzoſen Poſtulatis.

Dem obgemeldten Verlaß zu folge wiederholte, Donnerſtags den 20ten Junii in völliger Verſammlung der Stände, das *Directorium* die vorſtehende und §. XV. angeführte Relation, mit dem Beyfügen, es hätten die Frantzoſen noch ſelbigen Morgen verlanget, man ſolle Ihnen „1) der Stände *Laudum*, und 2) das „*Concluſum* ratione *Subſcribentium* zu„ſtellen. 3) Hätten Sie ſich zwar Geſtern ge„gen die Kayſerl. erkläret, daß Neuburg, „wie auch andere Orte, in Primo Ter„mino evacuiret werden ſollten, Sie ſe„tzeten aber, daß die Zeit zu kurtz falle, „dann zehen Tage müſten Sie haben nach „Bryſach zu ſchreiben, ehe von dar An„ordnung geſchehen könne, giengen auch „etzliche Tage hinweg. Die Kayſerlichen „begehreten hingegen, es müſten die Ter„mini, die mit den Königlich-Schwedi„ſchen zur Evacuation geſetzet wären, ge„halten werden, hätten ſich gleichwohl „erkläret, wann nur alle Plätze in Se„cundo Termino enträumet würden, „die ſonſt in Primo Termino angeſetzet „wären. 4) Erinnerten Sie wegen des „*Modi Subſcribendi*: Deshalben der „Kayſerlichen Meynung dahin gienge, „daß es wie zu Münſter zuhalten, alſo, „daß die Frantzöſiſchen erſt zu Ihnen kä„men und ſubſcribirten, hernach Sie ſich „zu denen Frantzöſiſchen verfügen, und „ſolches verrichten wolten, von Seiten „der Stände aber könne es auf dem „Rathhauſe geſchehen. Dieſes hätte Er „jetzo denen Königlich-Frantzöſiſchen re„ferirt, die damit zufrieden. 5) Begeh„reten Sie die *Ratifications-Formul*, „welche Ihnen die Kayſerlichen jetzo zu„ſchicken wollten. 6) Wegen Homburg, „Dachſtein, ꝛc. ſo Lothringen beſetzet „und zu reſtituiren, hätte Er, der Chur„Mayntziſche, in Vorſchlag gebracht, daß „zuſetzen: Salva tamen earundem „Reſtitutione & Guarandia in Inſtru„mento Pacis comprehenſa. 7) We„gen des Geſchützes zu Heylbrunn.

„Das Haupt-Weſen, darauf alles jetzo „beruhe, und welches Hinderung mache, „beſtehe darinn, daß die Königlich-Fran„tzöſiſchen prætendirten: 1) Die Ge„ſchütze zu Heylbrunn. Die Kayſerlichen „antworteten, Sie hätten ſich mit den Kö„niglich-Schwediſchen verglichen, die „Frantzöſiſchen möchten es mit denen „Schwediſchen austragen. Heute nun „hätten die Kayſerlichen Nachricht erlan„get, daß allda über 20. Stücke wären, „ſo an Kayſerliche Majeſtät und Chur„Bayern aus dem Ulmiſchen Armiſti„tien-Receſſ zu reſtituiren. Dieſes, „als Er es an die Frantzöſiſchen jetzo ge„bracht habe, beantworteten Sie damit, „daß Sie davon keine Nachricht hätten, „poſito auch, ſo wäre doch derſelbe Ver„gleich durch den Friedenſchluß aufgeho„ben. 2) Wäre der Königlich-Fran„tzöſiſchen Begehren, in den Haupt„*Receſſ* zu bringen, daß ehe und be„vor die *Ceſſio Hiſpanica* wegen Elſaß „nicht vorhanden ſey, die Cron „Franckreich nicht ſchuldig wäre, „dem Hauſe Oeſterreich die verſpro„chene drey Millionen auszuzahlen. „Dazu wolten die Kayſerlichen ſich nicht „verſtehen, noch ſich weiter, als durch das „Inſtrumentum Pacis geſchehen, obli„giren, ſintemahl Sie ſich zu der Spe„cial-Guarantie zu Münſter nicht be„kennet hätten. Hingegen ſagten die „Frantzöſiſchen, Sie hätten den Stän„den das Pignus wegen Franckenthal „nachgelaſſen, wiederum wegen der 4. „Wald-Städte in die Stände compro„mittirt, und befänden ſich beſchwehret, „daß man wider Sie darinn pronun-